Qui possunt patria interdicere, vel non.

10. Iidem AA. & CC. Menodoro.

NUlli, qui statuendi [1] non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur. 3. Non.*

De jurejurando.

11. Iidem AA. & CC. Luciano.

CUm judex in definitiva sententia *jusjurandum* [2] *solummodo praestari* præcipiat, non tamen addat, quid, ex recusatione, vel præstatione sacramenti fieri oportet; hujusmodi sententiam [3] nullam vim obtinere palam est.

De Latina & Græca lingua.

12. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Juliano Proconsi. Asiæ.

JUdices tam [4] Latina, quam Græca lingua sententias proferre [5] possunt [6]. Datum 5. Id. Januar. CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

Ne exemplis, sed legibus judicetur. Bart.

13. Imp. JUSTINIAN. A. Demosthenei P. P.

NEmo [7] judex, vel arbiter existimet, neque consultationes, quas non rite judicatas esse putaverit, sequendum, & multo magis sententias eminentissimorum Præfectorum, vel aliorum procerum (non enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum Judicum vitium extendi oportet, cum *non exemplis* [8], *sed legibus judicandum* [9] *sit*) neque si cognitionales sint amplissimæ Præfecturæ, vel alicujus maximi magistratus prolatæ sententiæ: sed omnes judices nostros veritatem, & legum, & justitiæ sequi vestigia sancimus. Datum 3. Kalend. Novembr.

De reconventione.

14. Idem A. Demosthenei P. P.

CUm Papinianus summi ingenii vir in quæstionibus suis rite disposuerit, non [10] solum judicem de absolutione rei judicatæ [11], sed [12] & [13] ipsum actorem, si e contrario obnoxius fuerit inventus, condemnare: hujusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat judici, vel contra actorem ferre sententiam, & aliquid eum daturum, vel facturum pronunciare: nulla ei opponenda exceptione, quod non competens judex agentis esse cognoscatur. Cujus [14] enim in agendo observat' arbitrium, eum habere, & contra se judicem in eodem [15] negotio non dedignetur. Dat. 15. Kalend. Decembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. De executoribus. §. fin. col. 7. tit. 8. al. 7. Novell. 96. cap. 2.

BET *consequenter ego ab aliquo conventus, si vicissim ipsum pulsare velim, statim quidem hoc non licet, nisi apud* [16] *eumdem judicem. Qui si displiceat, intra viginti dies recusari potest* [17], *aliusque merevi, apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioqui lite contra me mota prius ventilata, & terminata, tunc demum & ego admittar.*

De lite habente plura capita.

In Auvedavi libro notatur hic deesse Græcam constitutionem: eam ex Basilicis edidit Cujacius lib. 12. obs. cap. 2. *eamque Justiniani esse tradit.*

15. Imp. JUSTINIANUS.

COnstitutio jubet, ut si multa sint in lite capita [18], possit Judex super quibusdam eorum sententiam definitivam ferre, tuncque iterum de aliis quærere, & sententiam proferre, quæ ipsi videatur: neque compellatur unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere.

De appellatione, & de judicis recusatione.

16. Idem A. Juliano P. P.

CUm solitum est in sententiis judicum sic interlocutionem proferri, *ut non liceat partibus ante definitivam sententiam ad appellationis* [19] *vel recusationis venire auxilium:* quidam putabant [20] non licere ante litem contestatam, nec judicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. Cum enim simul utrumque vocabulum ponitur: tam *appellationis*, quam *recusationis*, provocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi: putabant, quod nec recusare quidem Judicem cuiquam concedatur ante litem contestatam: quod minime vetitum est. Caveant itaque Judices hujusmodi sermonem simul, & sine certa distinctione proferre.

TIT. XLVI.

DE SENTENTIA [21], QUÆ SINE CERTA [22] QUANTITATE PROFERTUR [23].

Valet sententia de futuro, si dependeat a jure, quod est de præsenti. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Ælianæ.

CUm judicem, quoad [24] pecunia condemnationis soluta fuisset, de [25] pendendis [26] usuris legem dixisse profitearis: non [27] contra juris formam sententiam datam palam est.

Sententia, qua pronunciatur indemnitatem esse præstandam, valet. Salic.

2. Imp. ALEXANDER A. Marcellino.

QUamquam pecuniæ quantitas sententia Curatoris [28] reipublicæ non continetur, sententia tamen ejus rata est, quoniam indemnitatem [29] Reipublicæ præstari jussit.

Sententia, & mens judicantis talis esse præsumitur, qualis & quanta ex allegatis, & probatis concipitur. Bald.

3. Imp. GORDIANUS A. Æmiliæ.

HÆc sententia, *Omnem* [30] *debiti quantitatem cum usuris competentibus* [31] *solve*, Judicati actionem præstare non [32] potest: cum apud Judices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio, auctoritate rei judicatæ censeatur, si [33] parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

Ubi sententia incerta est ipso jure nulla, non prohibetur judex aliam certam proferre, etiam contrariam primæ. Salic.

4. Idem A. Saturninæ.

HÆc sententia, *Quæ bona* [34] *accepisti, solve:* cum incertum esset, quid accepisset, quantumque ab eo peteretur [35], præsertim cum ipse, qui extra ordinem judicabat, interlocutus sit *dotem* [36] *datam, quæ repeteretur, non* [37] *liquidam esse: judicati auctoritate* non nititur. Cum igitur is, qui postea judicabat, contra te certam sententiam protulerit, neque a statutis provocaveris: ipsa tuo facto confirmatti judicatum.

TIT. XLVII.

DE [38] SENTENTIIS, QUÆ PRO EO QUOD INTEREST [39], PROFERUNTUR.

Id, quod interest in casibus certis, *duplum excedere non debet: in aliis autem, qui* incerti *esse videntur, quod revera interest præstatur: illud autem locum habet non solum in damno, sed etiam in lucro.* Charond.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm pro eo, quod interest [40], dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint [41]: melius nobis visum est hujusmodi prolixitatem [42], prout possibile est, in angustum coarctare. † Sancimus itaque, in omnibus casibus [43], qui *certam* [44] habent quantitatem [45], vel naturam [46], veluti in venditionibus [47], & locationibus [48], & omnibus [49]

1 Qui statuere non potest, non potest interdicere. vid. *l.* 20. *ff. de jurisdict.* 2 Delatio juramenti vim definitionis non habet. 3 *l.* 4. *l.* 7. *supr. h. t.* 4 Ordo est inversus, lege *tam Græca quam Latina*, Petr. Fab. 1. *Semest.* 25. similis præpositratio est apud Senecam *lib. de tra* 12. & *ep.* 53. *ff. de reg. jur. l.* 33. §. 6. *ff. de ritu. l.* 25. §. *idem scribit. ff. familiæ. l.* 85. *ff. de solutionibus. l.* 2. §. 1. *ff. testam. quemadmod. aper. l.* 222. *ff. de verb. sign. l.* 11. §. *mutier. ff. ad l. Jul. de adult.* adde Cujac. 3. *obs.* 5. *& Instit. de l. Aquilia.* 5 An etiam inter Latinæ gentis homines, hoc est. Latinæ nationis fuve lingue? Forcatulus *in sphæra legali*, ita putat. Notat enim Romæ, ubi lingua Græca satis familiaris fuit, permultas sententias Græcis verbis latas fuisse. *l.* 17. *supr. ex quib. causis infam. l.* 15. *in fin. ff. de jurejur. l.* 9. §. 8. *ff. de pœnis.* adde *l.* 1. *in fin. ff. de verb. oblig.* 6 Et ita derogatur legi 48. *ff. de re judicata.* 7 Sententiam ab alio dictam judex appellationis sequi non debet: sed quod legibus conformatum. *Synopf. Basil.* 6. *tit.* 1. *ex lib.* 9. *tit.* 1. *c.* 75. & 1. Harm. 4. §. 40. 8 Legibus non exemplis judicandum est. *l.* 12. *ff. de offic. præfid. l.* 1. §. 10. *supr. de veteri jure enucl.* §. *ult. Inst. de fatisdationib.* fallit nisi sint exempla publicæ cujusdam personæ velut principis, vel plurium publicarum personarum: aut si jus defuit: tunc enim exemplis judicari potest. vid. Socinum *reg.* 225. 9 Vivitur tamen exemplo, *Nov.* 22. *c.* 21. *in pr.* 10 Sententia absolutionem vel condemnationem continere debet. 11 Al. *judicare.* 12 Reconventi actor a reo potest apud eum judicem ad quem in jus vocatus est ab ipso actore: licet alias non sit competens: licet quoque causa sit diversa & separata, *ut hic.* Cujus sententiæ odiodecim exceptiones vide apud Socinum *reg.* 332. 13 *l.* 22. *ff. de judiciis. Nov.* 96. *cap.* 2. *Novell.* 123. *c.* 25. adde 3. §. 8. *c. accusatores. vers. cujus in agenda.* 14 Male hinc colligunt: Eundem advocatum, & judicem esse posse, cum hic de mutuis petitionibus agatur, eo sensu, in causa reconventionis non habere locum exceptionem judicis incompetentis. 15 Id est, in eadem lite, non diversa. 16 Coram eodem judice conventionem fieri oportere. 17 Vid. *Novell.* 53. *cap.* 3. Rittershus. *part.* 9. *c.* 17. Anf. 18 *l.* 12. §. 2. *supr. de rebus cred.* 19 Sententiam sub alternative ferri non posse hinc quidam colligunt. 20 Et male. *l.* 16. *supr. de judiciis.* vid. Cujac. 5. *obs.* 23.

21 Idem sit in arbitrio. *l.* 21. §. 3. *ff. de recept. qui arbitr.* 22 §. 32. *Inst. de act. l.* 5. §. 1. *l.* 59. §. 2. *ff. de re judicata.* 23 Sententia judicis incerta nulla est: ne duplicentur aliquoties lites. vid. Odden. *c.* 18. *de sentent.* Wurmf. *l. practi.* 22. *c.* 2. 24 Judex dicit sibi legitimum judicati faciendi non tantum arcare, vel prorogare potest: v. *l.* 2. *ff. de re judicata.* fed ne dare quidem, *ut hic.* 25 *l.* 13. *in fin. supr. de usur.* 26 Hinc ratio dubitandi fumitur. Nam si judex reum in usuras condemnat, nec usurarum quantitatem addit, sententia incerta, ideoque nulla videbitur. Sed ratio decidendi in eo est, quod usurarum quantitas satis ex ipso jure publico intelligitur. *t. de usur. rei jud.* veluti, si ita judex pronunciaverit, *L. Titio G. Sejuo ex causa venditionis C. debere videri: plenare ejus pecuniæ usuras deprendi, quoad ea soluta sit.* Certum dici potest, non modo quod est nominatim expressum: fed quod aliunde per certi relationem potest colligi. *l.* 3. *in fin. T. h. t.* 27 *l.* 31. *ff. de usuris*, imo est, *l.* 3. *infr. h. t.* 28 *l.* 5. *§. tit. proxim.* 29 Qui reum jubet actorem indemnem conservare, licet nominatim certam quantitatem non adjiciat: re tamen ipsa certum exprimit. vid. *l.* 1. *in pr. l.* 59. *ff. de re jud.* 30 *l.* 21. §. 3. *ff. de receipt. qui arbitr. l.* 59. §. 1. *ff. de re jud. l.* 41. *in pr. ff. de usuris.* 31 *l.* 31. *ff. de usuris.* Goth. Rationem hujus leg. vid. apud Rainald. Conr. *indagat. lib.* 1. *cap.* 7. Anf. 32 Imo potest. *l.* 11. *supr. h. t.* 33 Certa sententia eft quoties ejus certitudo, vel ex libello conventionis, vel instrumento obligationis, vel parte aliqua actorum repeti potest. *l.* 5. *in fin. l.* 59. *ff. de re judicat.* Usurarum rei judicatæ quantitas satis intelligitur ex jure & tit. *de usuris rei judicatæ.* 34 *Rota Sive accepisti &c.* Hal. 35 *l.* 59. §. 1. *ff. de re judicat.* 36 Ne quidem favore dotis valet sententia certa quantitate. 37 Sententia sine certa quantitate nulla, *ut hic.*

38 De eo quod interest, vide Alciat. Donellum hic, Hotom. 2. *observ.* 12. & 13. Forcatulum *Necympanat.* 33. & 42. & Fumeum *tract. de eo quod interest.* 39 Id quod interest quid, vid. *l.* 21. *in fin. ff. de novi operis nunciatione.* Fumeus *d. tract.* damni aut veli lucri ceffantis æftimationem definit: Cujac. ita 8. *ad Affricanum. Utilitatem quam habemus, vel habere poffens, fi mihi damnum datum, vel lucrum interceptum non fuiffet. Item rem qua mihi abeft, quamque lucrare putas ex caufa qua de agitur. Id demique quo res noftræ deterius, aut certe non melius factum eft.* Cæterum, An interesse vox fit Latina? vid. *l. debitor decem.* 82. *ff. de legat.* 2. *in not. ad verb. interfuerim.* 40 In hanc l. vid. Charond. *verofimil. lib.* 1. *cap.* 8. Petr. de Bella Pertic. Alciat. & Cabali. *epitb. de eo quod interest.* Hotomann. *lib.* 2. *obf. cap.* 10. & 11. Anf. 41 Tum enim hæc quæstio, de eo videlicet quod interest, in facto consistit, quæ ad Jurisconsultos parum pertinet. *l. ult. ff. de ftipul. prator. l.* 13. §. 1. *ff. de annuis legat. l.* 14. *ff. de diver. temp. l.* 22. *ff. de reg. jur.* Goth. Hæc lex nobilis est doctissimorum hominum in eam commentariis Alciati, Cagnoli, Rebuffi, Fumei, Feretti, Plantii, Donelli, Molinæi, Hotomanni. vide & Charondam *lib.* 1. *verifimil.* Vandum *l.* 2. *quæst. jur. cap.* 8. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 260. Rainald. Corfam *lib.* 1. *indag. c.* 21. Mod. 42 Et difficultatem. *l. ult. ff. de pratt. ftipul.* 43 Ἐν πᾶσι τοῖς ὡρισμένοις. Casus propositiones. 44 Id est, finitam. 45 Puta pretium certum, certam mercedem. In certis casibus, id quod interest duplum non excedit, *ut hic*: in incertis temperatur vera rei æstimatione. 46 Puta rem. 47 *l.* 1. *ff. de act. empt. l.* 1. *supr. de rer. permut.* nisi cum alea, vel spes emitur. *l.* 11. *in fin. l.* 12. *ff. de act. empt.* nisi emptoris interfit non decipi. *l.* 13. §. 2. *ff. de act. empt.* nisi minoris eram emptures: tunc enim omnia detrimenta consequor, quæ emptionem sunt secuta. *d. l.* 13. 48 *l.* 33. *in fin. ff. locat.* Locatio certam rem & æstimationem habet, nisi fi quid faciendum locetur. *l.* 13. *in fin. ff. de re judic.* 49 Id quod interest non modo damnum percceptum, sed & lucrum interceptum perfequitur. *l.* 13. *ff. rerum habeti.*

contra-

contractibus [1], hoc, quod interest, dupli [2] quantitatem minime excedere [3]. † In aliis autem casibus, qui *incerti* [4] esse videntur, Judices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut hoc, quod re [5] vera [6] inducitur damnum, hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus [7], & immodicis perverfionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate [8] cadat: cum sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur [9], vel a legibus certo fine concluſæ statuuntur. † Et hoc non solum in damno [10], sed etiam in [11] *lucro* [12] nostra amplectitur constitutio: quia & [13] ex eo veteres id, quod interest, statuerunt. Et sit omnibus secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis, hujus constitutionis recitatio. Dat. Kal. Septemb. *Conſtantinop.* post consulatum LAMPAD. & OREST. CONSS. 530.

TIT. XLVIII.

SI A NON [14] COMPETENTE JUDICE JUDICATUM ESSE DICATUR.

1. Imp. ALEXANDER A. Sabiniano.

JUdex *ad certam rem datus*, si de aliis [15] pronunciavit, quam quod ad eam rem pertinet, nihil egit. 4. Non. * MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Magister militum non potest pronunciare contra non militem, si non habet commissionem ab eo, sub cujus jurisdictione ille est. Paul. de Cast.

2. Imp. GORDIANUS A. Liciniæ.

SI militaris [16] judex super ea causa, de qua civilibus actionibus disceptandum fuit, non datus a quo dari poterat, cognovit: etiam remota appellatione, id, quod ab eo statutum est, firmitatem judicati non habet.

Delegatus ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis, super qua non fuit delegatus. Bald.

3. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Philetæ.

SI *de* [17] *proprietate datus* judex adversus te nihil super hoc statuit: Rector provinciæ aditus hanc causam cognoscere, suaque decidere sententia curabit: cum [&] si quid de [18] possessione pronunciatum probetur, hoc causæ proprietatis minime noceat. S. Non. Novembr. HERCUL. & CÆSAR. CONSS. 297.

Et in publicis & privatis causis sententia a non suo judice lata non valet. Salic.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS. AAA. ad Potitum Vicarium post alia.

[ET] in privatorum [19] causis hujusmodi forma fervetur, ne quenquam litigatorum sententia non a suo Judice [20] dicta confirmigat. Dat. 10. Kal. Octobr. *Romæ*, AUXONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

TIT. XLIX.

DE POENA JUDICIS [21], QUI MALE [22] JUDICAVIT, VEL EJUS, QUI JUDICEM, VEL ADVERSARIUM CORRUMPERE CURAVIT.

Qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit: sive privata sit lis, sive publica, sive fiscalis. Bald.

1. Imp. ANTONINUS [23] A. ad Gaudium.

COnstitit in quacunque causa, sive privata, sive publica, sive fiscali, ut cuicunque data fuerit pecunia [24], vel judici, vel adversario: amittat actionem [25] is, qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negotii reposuerit. Dat. 14. Kal. Januar. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

1 Nam ex omnibus contractibus certum condici potest. *l.* 9. *ff. de reb. cred.* adde *l.* 74. *ff. de verb. obl.* 2 Dupli æstimatio, alia est a vera æstimatione: de qua infra, puta si res empta sit X. quæ hodie digna sit XXV. emptor non consequetur ultra XX. nempe X. pretii nomine quæ numeravit, & alia X. id est, ἐνάμισυ, nomine ejus quod interest pura pretium quo res venit. Quid si emptor pretium non numervit? venditor non est in mora. *l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.* idcoque nihil præstat. Quid si venditor rem tradidit, emptor pretium non solvit? usura pretii debetur. *d. l.* 13. §. 20. ut fœnus: quia non propter lucrum actoris: sed ut id quod interest propter moram. *l.* 60. *ff. pro socio.* Facius propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris interfit, quemadmodum & pœna in conventionem deducta. *l.* 38. *ff. de receipt. qui arbitr. l.* 38. §. 17. *ff. de verb. obl.* 3 Sic in usuris duplum excedere non debet. *Nov.* 121. *l.* 10. *supr. de usuris.* In evictionibus olim etiam plus duplo stipulari non licuit. *l.* 44. *ff. de act. empt. l.* 48. *ff. de evictionibus.* In jurejurando in litem, in stipulatione pœnali. *l.* 10. *ff. de jurejurando.* Goth. Quomodo intelligendum quod interest non excedere dupli quantitatem, vid. Andr. Fachin. *lib.* 1. *controv.* 48. Anf. 4 Quantitate & re: veluti si de simili possitione agitur, quæ neque corpore, neque certa quantitate constat, quanti interest officio judicis æstimabitur. *l. pen.* §. *ult. ff. uti poſſidetis. l.* 1. §. 41. *ff. de vi & vi armat.* Idem fi agitur de restitutione operis, quod vi aut clam factum est: quia restitutionis, utpote facti, causa incerta est. Quanti interfit restitutionem fieri, æstimatur officio judicis. *l.* 15. §. 7. *ff. quod vi aut clam.* rel veritate. *l.* 6. *in fin. ff. de aqua & aquæ pluv.* Idem erit in obligationibus faciendi. *l.* 13. *in fin. ff. de re judic. l.* 2. *in fin. ff. qui fatisdare.* Idem quoque eft, quoties agitur de cautione præstanda. *d. l.* 13. vid. Cujac. *hic.* In veram namque quantitatem fidejussor tenetur, quoties de incerta quantitate agitur. *d. l.* 2. 5 Verum interesse, damnum quod revera patimur: veritas enim extra affectionem privatam ejus, qui damno est affectus, extraque conventionem contrahentium est. unde noftri interesse illud commune, aliud fingulare, aliud conventum tradiderunt. 6 In casibus incertis, qui certam quantitatem, vel rem non habent, ad finem dupli non taxatur id quod interest: fed arbitrio judicis relinquitur, ut ipse æstimet in rei veritate, quantum interfit adoris rei rei. Nec enim incertæ & infinitæ rei alia potuit quam infinita regula constitui, ut Aristoteles ait, τὸ ἀόριστα ἀορίστῳ κανόνι ἴσασθαι, & ita certi casus ab incertis definiuntur, in certis lex taxat id quod interest: in incertis, officium judicis: vid. Cujac. *hic*: adde quæ scripsi ad *l.* 13. §. 18. *ff. rat. rem.* 7 Petrezis scilicet qui debitoris in necem quanti sua interfit plus æquo rem æstimat. 8 Infinitum impossibile.

9 Judicis sententia scilicet, eorum cuim eft modus aliquis, *l. ult. supr. de modo muld.* & ita hanc legem accipe: non ide his quæ quisque sibi ex conventione cavit: licet enim utique etiam triplum, *l.* 5. *ff. de jure fisci.* quadruplum stipulari. *l.* 56. *ff. de evict.* vid. Cuj. 16. *obf.* 34. 10 Id quod interest, lucrum ceffans eft & damnum emergens. *l.* 2. *in fin. ff. de eo quod certo loco.* 11 Imo lucri non habetur ratio. *l.* 21. §. 3. *ff. de act. empt. l.* 2. *ff. de eo, quod certo loco. l.* 33. *ff. locati. l.* 13. *ff. rat. rem habeti. l.* 72. *ff. de furtis*, ut usurarum, quæ percipi potuerunt a creditore, ratio habeatur. Roland. a Valle *t. consil.* 31. Porro de lucro ilcito a furc ex re furtiva, vid. *l.* 3. §. 3. *ff. de sepulcro violato.* Goth. Lucri ceffantis & damni emergentis interesse an & quando debeatur? vid. Menoch. *de arbitr. cas.* 119. Anf. 13 Id quod interest, non modo damnum perceptum, sed & lucrum interceptum perfequitur. *l.* 13. *ff. rattam rem.*

14 *l.* 2. *supr. de jurisd. l. ult. ff. de jurisd. l. pen. ff. de judic. c. At ſi clerici.* 2. *x. de judic.* vid. Oldend. *C. de sentent. & re judic.* 15 *l.* 3. §. *de pedanei judicibus. l.* 7. *supr. de statu defunct. l.* 10. *supr. de sentent. & interlocut. l.* 6. *infr. de exscut. rei judic. l.* 5. *quando provocare non est necesse. l. ult. ff. de jurisd.* puta fi datus ad actionem locati, judicet de pecunia credita: fi datus in causa possessionis, judicet de proprietate. *l.* 3. *infr. h. t.* 16 Militaris judex de causa civili judicare non potest. *l.* 20. *ff. de jurisd. l.* 6. *C. Theod. de jurisd. l.* 1. *supr. de offic. milit. jud.* 17 Dixi ad *l.* 1. *supr. h. t.* 18 Datus judex, ut de proprietate cognoscat, de possessione judicare non potest. 19 Sententia a non suo judice (puta dato a Procuratore Cæsaris) inter privatos dicta non parit judicati actionem. 20 Puta Procuratore Cæsaris. *l.* 1. *supr. de pedaneis judic.*

21 Competentis. 22 *l.* 50. *D.* 13. fi per imprudentiam, non convellitur quidem res judicata. *l.* 65. §. 2. *ff. ad SC. Trab. l.* 12. §. 3. *ff. de ben. libert. l.* 55. *ff. de re jud.* fed in foliodam æstimationem ei quem damnavit, tenetur: falva tamen æstimatione vel famæ. *l. ult. ff. de extraord. cogn.* Si vero per ambitionem & gratiam: etiam notatur infamia. *l.* 2. *supr. h. t.* fi pecunia corruptus, sententiis ipsius nulla eft. *l.* 7. *infr. quando provocare.* Goth. De pœna corrupti Judicis, & corrumpentis judicem, vid. Menoch. *de arbitr. cas.* 222. *& seq.* Anf. 23 *l.* 1. §. 3. *supr. de calumniatoribus.* 24 *d. l.* 1. §. 2. 25 Id eft, fi actor corrupit, amittit actionem: fi reus, defensionem: Nam actionis verbo continetur exceptio. 26 Corruptori medicina eft confessio. 27 Vid. *l.* 7. *infr. quando provocare. l.* 15. §. 1. *ff. de judiciis.*

28 *l.* 9. *ff. de sentent. & interloc.* Sententia prior posteriore potior: lex vero posterior prior potior. Goth. Fallit in sententia lata in causa matrimoniali, quæ quocunque tempore error detecto retractari potest. *cap.* 7. *Lator. cap.* 10. *conjunctis, extr. de sentent. & re jud.* re vid. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 39. Anf. 29 *d. l.* 9. 30 *l.* 3. *I. communi. spoſ.* 31 Quo sententia retractatur. 32 *l.* 4. *§. de except. l.* 23. §. 3. *ff. de condict. indebiti.* 33 An & post? Minime nisi a milite. *l.* 1. *supr. de jurisd & ſuff.* Quid fi ipfa exceptio notoria sit? quid fi qui ea utitur, in continenti probationem offerat? vide Socinum *reg.* 127. 34 Adverfus fententiam datur in integrum reftitutio & appellatio, *ut hic.* 35 Id eft, exceptionis. 36 Rescripto non potest rescindi fententia a qua non eft appellatum. *l.* 2. *in fin. l.* 3. *infr. ut lite pendente. l. ult.* §. *de iter. adv. l. ult.* 3. *quamvis & quando judex.* vid. Papon. 3. *notar.* 14. *c. des reſcrits contre Juges.* 37 *Limine judicii rum.* Vulg. Hal.

38 Litis. *C. Theod. lib.* 4. *tit.* 17. 39 Præstandis victori a victo. vid. *l.* 79. *ff. de judiciis. l.* 6. §. 2. *ff. de appell.* 40 Fructus intelligitur, quod justis sumptibus deductis [41] supereft. 3. Non. April. CC. CONSS.

Factus mala fidei possessor per litem contestatam, tenetur de percepto, & de percipiendis: & vitium ejus transit in heredem. Salic.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. Olybrio P. P.

LItigator [1] victus, qui post conventionem rei incumbit [2] alienæ, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum præstationem eorum, quos ipse percepit, agnoscat: sed [etiam] eos, quos [3] percipere potuisset, non quos eum redegisse constat, exolvat, ex eo [tempore] ex quo re in judicium deducta, scientiam [4] malæ fidei possessionis accepit. Heredis [5] quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. Dat. 7. Kal. Maji, *Trev.* VALENT. N. P. & VICTORE CONSS. 369.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Asclepiodoto P. P.

TErminato [6] transactoque negotio, posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptuum petitione [7] præstetur, nisi [8] Judex, qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis, juridica pronunciatione significaverit *victori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam jure competere.* Post [9] absolutum enim dimissumque judicium, nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia. Dat. 3. Kal. April. *Constantinop.* ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

Contra actorem non prosequentem, vel defendentem, vel perdentem profertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. Bart.

4. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Edictum ad populum.

NOn ignoret is, cujus ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quod si culpa sua fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suæ adfuerit, vel delata [non] probaverit: pro calumnia quidem pœnam luat legibus constitutam, pro pecuniaria [10] vero causa, post [11] sumptus consideratæ quantitate postulatorum, vel mediis itineris intervallo, condemnationem pro æstimatione judicis sustinebit. Dat. 5. Id. Novemb. *Constantinop.* VALENT. A. VII. & AVIENO CONSS. 452.

5. Imp. ZENO [12].

COnstitutio [13] præcipit, ut quivis Judex in sententia sua jubeat victum [14] factos in judicio sumptus præstare. Habet & potestatem Judex transcendendi sumptum ad decimam usque partem eorum, quæ impensa sunt, si eum ad hoc partis ejus, quæ sumptum profudit, impudentia permoverit: ita ut ea, quæ impensas excedunt, ad fiscales rationes pertineant, nisi forte Judex detrimentum partis victricis farcire volens, partem aliquam horum ei adfignet. Neque tantum actor atque reus (in expensas) condemnantur, quum judex utrique competens est; verum etiam quum non est judex actoris competens: qui tamen ex reconventione victus sit, nec eum judicem recusare possit: sive adeo Præsides, sive dati a principe arbitri, judices fuerint. Nam & hi suos executores [15] atque compulsores habent. Quod si judex hoc non fecerit, ipse parti victrici damnum illud compensare cogitur. §. 1. Si quis vero conventus bona fide solverit, aut actor lite destiterit, aut etiam judex inveniat eum non calumniatorem, sed de re dubia litigantem: hic evitabit impensarum condemnationem. §. 2. Manifestum est autem, quod in judicibus pedaneis Præses [seu magistratus] est, qui debet eis assignare officialem [seu apparitorem] hæc tractantem [seu dirigentem]. Dat. 7. Kal. April. post consulatum Longini.

Privilegium concessum super litis expensis in totum, vel in parte non agnoscendis, extenditur ad adversarium propter æqualitatem servandam in judiciis.

6. Imp. ANASTASIUS A. Stephano Magistro militum.

CUm quidam per [16] leges sacrasque constitutiones, alii per speciales largitates sibi præstita privilegia prætendunt, tam super sportulis [17] pro conventionibus usque ad certam quantitatem præbendis, quam super expensis litium, vel minuendis, vel penitus non agnoscendis: per hanc legem decernimus, at quicunque hujusmodi privilegio munitus est, vel postea talem prærogativam quolibet modo meruerit, sciat, & si quos ipse, utpote obnoxios sibi pro quacunque criminali, vel civili causa constitutos, in accusationem deduxerit; hos nihilominus iisdem [18] privilegiis potitures: quoniam non [19] est ferendum, eos, qui præfatas prærogativas (ut [jam] ante latum est) prætendunt, aliquid plus ab adversariis suis quærere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiuntur: ita scilicet, ut hæc quidem forma modis omnibus observetur super privilegiis per liberalitates, vel generaliter quibusdam officiis, aut scholis, seu dignitatibus, vel specialiter certis personis præstitis, vel postea præbendis; sive hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus, vel assatibus insertum, sive prætermissum sit, vel fuerit.

TIT. LII.

DE RE JUDICATA [20].

Rebus judicatis parcetur, nisi petatur quod jam habetur. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Stellatori.

REbus quidem judicatis standum [21] est. Sed si probare poteris eum, cui condemnatus es, id, quod furto amissile videbatur, recepisse [22]: adversus judicati agentem, doli exceptione opposita tueri te poteris. 12. Kal. Mart. ANTON. A. IV. & BALBINO CONSS.

Propter calculum male summatum, non debet sententia rescindi, quæ transivit in rem judicatam. Paul. de Castr.

2. Idem A. Pacatiano.

REs judicatæ si sub prætextu *Computationis* [23] instaurentur, nullus erit litium [24] finis. PP. Prid. Non. * *Romæ*, LÆTO, & CEREALE CONSS. 216.

3. Idem A. Demetrio, & aliis.

SI pecuniam, quam mala ratione intercepisse vos apparuerit, justis litis inferre cum [25] pœna, & comperto præcepto Præsidis non [26] provocaveritis: universam quantitatem debetis inferre.

Propter instrumenta de novo reperta, non retractatur sententia jam lata. Bald.

4. Imp. GORDIANUS A. Antonino.

SUb specie [27] *novorum instrumentorum* postea repertorum, res judicatas restaurari [28], exemplo grave est. Dat. 8. Id. Mart.

Qui petit dilationem ad solvendum, dicitur sententiam approbare, & appellationi renunciare. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Valentino.

AD [29] solutionem *dilationem* [30] petentem acquievisse sententiæ manifeste probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiæ acquieverit. Nec enim instaurari finita, rerum judicatarum patitur auctoritas.

Acta judicii semel publicata faciunt perpetuam fidem etiam mortuo, vel remoto judice, qui de causa cognovit. Paul. de Castr.

6. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Juliano Proconsuli Africæ.

GEsta [31], quæ sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte [32] cognitoris perire debet publica fides. Dat. 3. Kal. Sept. *Romæ*, CONSTANTIO, & CONSTANTE CONSS. 414.

TIT. LIII.

DE EXECUTIONE [33] REI JUDICATÆ.

Ab executione non est inchoandum: sed primo debet de causa cognosci, & per definitivam sententiam terminari.

1. Impp. SEVER. & ANTONINUS AA. Justino.

NImis propere Judex *Pignora Marcellæ capi, ac distrahi justit* ante [34] rem judicatam. Prius est ergo, ut servato ordine, actionem adversus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias. PP. 3. Kal. Febr. ALBINO, & ÆMILIANO CONSS. 207.

Sententia tunc habet executionem paratam, quando non fuit per stipulationem novata: aliàs non potuit executio sententiæ, quæ sublata est per novationem, sed agitur ex stipulatione novantis ordinaria via.

2. Idem AA. Agrippæ.

SI causam judicati non novasti [35], rem judicatam Præses provinciæ etiam *Pignoribus* [36] captis [37] ac distractis ad emolumentum peducti jubebit. Quod si novata causa est, ex stipulatu tibi actio competit: & Judice accepto secundum juris formam experire.

1 Malæ fidei possessor non rem tantum redhibet & fructus quos percepit: sed etiam eos quos percipere potuisset lite contestata. Aliud in hereditatis petitione, in qua fructus etiam ante litis contestationem percepti deducuntur. Quin si relicto herede moritur, etiam ab herede, qui in ejus vitium succedit, fit repetitio eorundem fructuum. *Synopf. Basil. 9. tit. 3. περὶ κακοπίστ. cap. 66.* 2 *Incubarit, l. 1. Cod. Theod. h. t.* quæ vox malæ fidei possessionis index, dixi *l. ult. supr. ne rei dominica vel templorum.* 3 *l. 22. §. de rei vindic. l. 10. ff. de usur.* §. 2. *in fin. Inst. de offic. jud.* Goth. Adde *l. 62. §. 1. ff. de rei vindicat.* S. L. 4 *d. l. 22.* vid. *l. 25. §. 7. ff. de hered. pet.* 5 Heres possessoris tenetur de fructibus. *l. 2. Cod. Theod. h. t.* 6 Post sententiam definitivam de sumptibus litis non agitur, nisi judex sumptuum taxationem reservaverit. 7 Repetitione, *d. l. 2.* 8 Expensæ ante litem contestatam & post finitæ, officio judicis petuntur. *ut hic, Gloss. & Doctores in c. finem. extr. de dolo.* nisi promittatur in instrumento fuerint: hoc enim casu jure actionis peti possunt, etiam post sententiam in principali litem. *l. 3. §. 2. ff. de legat. 3.* Item nisi statuto debeantur: tunc enim conditione ex statuto peti possunt. Bart. *in d. l. 3.* Socinus *reg. 140.* Idem si nihil sit quod actori imputetur, ob expensas non petitas. *Antiqua.* 15. tibi Accurt. *ff. de rei vind.* Idem in sententia interlocutoria, aut si judex sententiam supplere velit. Idem & in specie *l. eum. 5. §. Julian. 3. ff. de constit. pecun.* 9 *l. 10. supr. de transact.*

10 *Post pecuniaria dispendia, post sumptus*; sic enim ex veteribus, ut Novella Martiani, & prima omnium editione Moguntina hic locus restituendus est, & ex Basilicis in quibus hæc duo leguntur, *τὰ διαπάνματα καὶ τὰ ξημιώματα.* vid. Cujac. *hic.* 11 *l. 13. §. 6. l. 15. 3. & l. 79. ff. de judiciis.* §. 1. *verf. hæc autem omnia. Inst. de pœna temer. litig.* 12 Cujacius hanc legem restituit, 12. *observ.* 21. fumpta ex 9. *Synopseos Basil.* 3. *cap.* 70. 13 Interpretatio Leunclavii. 14 *l. ult. 3. quando provoc. non est necesse.* & §. 1. *verf. hæc autem. Inst. de pœna temere litigant.* 15 Ἐκβάτορες καὶ ἐπίτακτοι. *d. c.* 70. 16 Privilegia super sportulis judiciariis, lege, vel beneficio principis concedi possunt. 17 Adde *l. 12. instr. de præs. fasr. scrin.* 18 Victus victori condemnatur in expensas quas fecit, non in eas quæ privilegio remittuntur aliquo.

19 Ad æquitatem videlicet servandam, ut quod uni privilegio remittitur, idem alteri remittatur. *ff. quod quisque jur. l. 1. in fin. ff. de constit. l. 81. ff. pro socio.*

20 Dixi ad *L. 42. D. 1.* adde 4. *Cod. Theod. 15. & 9. Synopf. Basil. 3. c. 70.*

21 Statur rebus judicatis. 22 Victor a reo frustra postulat quod ipse jam habet.

23 Computationis prætextu sententia non rescindatur. *l. un. supr. de errore calculi.* vide quæ notavi ad *l. 1. §. 1. ff. quæ sentent. sine appellat.*

24 Fines litium esse oportet.

25 Potest quis ad rem & pœnam condemnari. 26 Tenet sententia, a qua non est appellatum. vide *l. 1. infr. de his qui per met. jud. non appellatur.* 27 Sententia propter instrumenta de novo reperta non retractatur. *l. 27. in fin. ff. de excepti. rei jud. l. 35. ff. hoc tit. Synopsis Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 3. cap. 74. & 1. Harmenop. 3. 16.* 28 fallit in fisco (seu republica, minore, furioso, prodigo, libertate, spiritualibus, & Ecclesia, criminalibus, arbitratorum caufis, quoties sententia lata est ex fubfidiariis probationibus, puta, juramento ex *l. admonendi. 31. ff. de jurefur.* fallit quoque, si quis ante sententiam, adhibita omni diligentia, instrumentum recuperare non potuit: fallit præterea, quoties instrumentum alterius sententiæ est. *l. post sententiam. 9. ff. de sententiis.* Idem si instrumentum sic reperto, constabit sententiam latam ex falsis instrumentis vel probationibus esse. *l. penult. 8. de transact. l. pen. ff. de cass. inst.* Fallit quoque in sententia condemnatoria: ut si fi testamentum repertum est. Gloss. in l. 1. §. *ratio. ff. quemadmodum testam. l. fi mater. 13. ff. de excepti. rei judicata.* licet contrarium teneat in *l. 3. §. fi legatarius. 6. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam.* vid. Socin. *reg. 361.* Ita ex caufis restitutio datur adversus rem judicatam ob instrumenta de novo reperta. vide Sfortiam Oddum 2. *de rest. quæst. 75.* 28 Ἀκατάσχετα. *Synopf. Basil. 8. ex l. 9. tit. 3. c. 75.* Harm. 2. §. 35. 29 *Synopsis Basiliccon d. tit. 3. c. 76.* 1. Harm. 3. §. 93.

30 Dilationem folvendi qui petit, facile fortem debiti fatetur, & sententiæ adquiescit. Silentio sententia adprobatur. vid. *l. 5. supr. de arbitris. l. 40. ff. de pactis.*

31 Si post condemnationem reus moras nectet, & corpora, id est, mancipia & animalia, in condemnatione posita, rebus humanis eximi contingat, æstimationem eorum præstare cogitur, *ut hic. Synopf. Basil. 1. tit. 17. ex lib. 9. tit. 3. c. 84. & lib. 16. tit. 1. c. 56.*

15 Si hereditate mortui insolente, servus mortuus fuerit, cujus usus relictus est, in id quod interest condemnatur a tempore moræ, ad mortem usque servi: in id quod interest, id est, quanti interest ejus, cui usus relictus fuit, servum habere. Fortasse enim ex affectione in illum, qui usum servi habere debuit, servo quis legatum reliquit, & propter moram legatum periit. *Synopf. Basil. 7. tit. 16. ex lib. 12. tit. 1. c. 36. & ib. Scholiastes.*

16 Mortua specie debita, fit in æstimationem rei executio. Bald. *l. 68. ff. de res vind. l. 8. ff. de re judic.* 17 Condemnatus, fi moram committit, interitum & accessiones rei præstat. *l. 2. 3. de fructibus & lit. expenf.* Exinde litis contestatæ veniunt fructus.

18 Executor rei judicatæ quis? adde *l. 6. 8. 11. l. 4. ff. de appell.* Eli vero ἐκδίκους, seu exequutor, qui post sententiam adhibetur, ut quæ judicata sunt exequatur. *Synopf. Basil. 7. tit. 4. ex lib. 9. tit. 3. c. 85.* adde Theophilum 6. 24. *Inst. de act.* 19 Eoram qui debiti confessi sunt, pignora capi & distrahi possunt. Paul. 5. *sent. 5. §. 4.*

Si pignora capta in causam judicati non reperiunt emptorem, saltim subhastationibus dantur creditori in solutum. Paul. de Castr.

3. Idem AA. Agrippæ.

ORdo rei gestæ, & mora solutionis, quæ intercessit, constantius [1] desiderat remedium. Si itaque Præsidem provinciæ, qui rem judicatam exequi debet, adieris, & allegaveris res soli, quæ *Pignori* datæ [2] sunt, diu subhastatas [3], ex compacto [4], sive ambitione [5] diversæ partis emptorem non [6] invenire [potuisse], in possessionem earum te mittet, ut [vel] hoc remedio res tamdiu protracta ad effectum perducatur. Dat. 11. Kalend. Jul. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

Publica stipendia non venduntur, nec in solutum adjudicantur, nisi in subsidium. Bald.

4. Idem AA. Marcello militi.

STipendia [7] retineri [8] propterea, quod condemnatus es, non patietur [9] Præses provinciæ: cum rem judicatam possit aliis rationibus exequi. PP. 3. Non. *

Nomen debitoris potest capi pignori in causam judicati. Bald.

5. Imp. GORDIANUS A. Amando.

ETiam *Nomen* [10] *debitoris* in causa judicati capi posse, ignotum non est. PP. 3. Id. Octob. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Merus executor non potest assumere partes judicis, & de justitia sententiæ cognoscere, vel pronunciare. Paul. de Castr.

6. Imp. PHILIPPUS A. & C. Titiano.

SI (ut proponis) rerum judicatarum *Executor* [11] datus partes [sibi] Judicis vindicavit [12], & contra ea, quæ pridem pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronunciandum putavit: sententia ab eo dicta vim rei judicatæ obtinere nequaquam potest [13].

Condemnatus si moram committat, tenetur de interitu, & accessionibus. Salic.

7. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Theodoro.

SI [14] longis apertisque fustrationibus partis adversæ restitutio remorata est, etiam servis [15] rebus humanis exemptis [16]: a fustratore æstimatio eorum restituenda est. Animalia quoque cum fœtibus [17] tibi intercessu Præsidis repræsentabuntur.

Executor est ille, qui sententiam vite latam ad effectum perducit. Paul. de Castr.

8. Idem AA. & CC. Nicomacho.

E*Xecutorem* [18] eum solum esse manifestum est, qui post sententiam inter partes audita omni & discussa lite prolatam, rei judicatæ vigorem ad effectum videtur adducere. Sine die & consule.

Tunc est petenda executio, quando reus confessus est: vel si negavit, cum est convictus, & condemnatus. Paul. de Castr.

9. Idem AA. & CC. Glyconi.

EOs, quos debitores tuos esse contendis, apud Rectorem conveni provinciæ: qui sive debitum confessi [19], sive negantes & convicti fuerint condemnati, nec intra statutum [20] spatium solutioni satisfecerint: cum latæ sententiæ pignoribus [21] etiam captis, ac distractis, secundum ea, quæ sæpe constituta sunt, meruerint executionem, juris formam tibi cuitodiet. S. Non. Novembr. CC. CONSS.

TIT. LIV.

DE USURIS [22] REI JUDICATÆ.

Mora solutionis post sententiam, & quadrimestre tempus parit effectum usuræ centesimæ. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Procuratoribus hereditatum [23].

IS, qui bona secundum dictam sententiam profequitur: eas quoque rationes habiturus est, ut qui post legitimum tempus placitis non obtemperavit, usuram centesimam [24] temporis, quod postea fluxerit, solvat.

1 Id est, promptius. 2 *Capta* quidam etiam legunt. 3 Subhastationem in rebus absentis distrahendis semper exigi hinc colligunt. vid. *l. 16. supr. de reiend.*

4 Compactum, Graci κακοτεχνίαν, calliditatem, vid. *l. 3. §. fi in causa judicati.*

5 Ambitio, amicorum copia, non πεφήμισις, ut putat Theodorus. 6 Emptore pignoris non invento, pignus addicitur creditori. *l. 3. §. 2. ff. de jure dominii imper.*

7 Stipendia & annonæ militum judicati causa capi non possunt. 52. *Etolog. 3. c. 81.* nisi deficientibus aliis bonis in subsidium, *ut hic.* Quod præmia athletarum ? possint capi. *l. 40. ff. de re judic.* Quid annonæ clericorum ? (præbendas & fructus beneficiorum vocant) capi possint: nam & inter Græcos Theodorus hanc legem specialiter intelligit de militibus armatæ militiæ. dixi ad *Novell. 53. c. 3. in fin.* vide Rip. ad *l. 6. 7. 8. 9. ff. de pign. num.* 43. Quid mercedes diurni laboris ? vide Ripensem *d. loco.* 8 An pignorari ? dixi *d. c. 3.* adde Ripenf. ad *l. 6. 7. 8. 9. ff. de pign. n.* 43. 9 Ne stipendiis abiatis militiam milites deserant, & utilitas publica communisque salus privati creditoris unius ergo detrimentum capiat. 10 Nomina debitoris in subsidium, judicati nomine, capi possunt: in subsidium, quoties deficiunt res corporales. vid. *l. 15. §. 2. §. 8. ff. de re judicata.* 11 Executoris officium hoc est, ut exigat, capiat, distrahat, audiatur: non etiam, ut judicet, aut judicatum retractet, vel interpretetur, *l. pen. 3. h. t.* cogitur etiam reddere rationem. Roland. a Valle *cons.* 49. 12 Vide *l. 20. ff. de jurisdict.*

13 Ideoque ab eo appellari non solet. *l. 4. ff. de appell.* sed simpliciter reclamare contestatione five invocatione superioris facta sufficit. vide Oldend. *cap. 59. de except.*

14 Si post condemnationem reus moras nectet, & corpora, id est, mancipia & animalia, in condemnatione posita, rebus humanis eximi contingat, æstimationem eorum præstare cogitur, *ut hic. Synopf. Basil. 1. tit. 17. ex lib. 9. tit. 3. c. 84. & lib. 16. tit. 1. c. 56.*

15 Si hereditate mortui insolente, servus mortuus fuerit, cujus usus relictus est, in id quod interest condemnatur a tempore moræ, ad mortem usque servi: in id quod interest, id est, quanti interest ejus, cui usus relictus fuit, servum habere. Fortasse enim ex affectione in illum, qui usum servi habere debuit, servo quis legatum reliquit, & propter moram legatum periit. *Synopf. Basil. 7. tit. 16. ex lib. 12. tit. 1. c. 36. & ib. Scholiastes.*

16 Mortua specie debita, fit in æstimationem rei executio. Bald. *l. 68. ff. de res vind. l. 8. ff. de re judic.* 17 Condemnatus, fi moram committit, interitum & accessiones rei præstat. *l. 2. 3. de fructibus & lit. expenf.* Exinde litis contestatæ veniunt fructus.

18 Executor rei judicatæ quis ? adde *l. 6. 8. 11. l. 4. ff. de appell.* Eli vero ἐκδίκους, seu exequutor, qui post sententiam adhibetur, ut quæ judicata sunt exequatur. *Synopf. Basil. 7. tit. 4. ex lib. 9. tit. 3. c. 85.* adde Theophilum 6. 24. *Inst. de act.* 19 Eoram qui debiti confessi sunt, pignora capi & distrahi possunt. Paul. 5. *sent. 5. §. 4.*

20 Quatuor mensium. *l. 2. ff. tit. proxim.* olim 30. dierum ex legibus 12. tabularum, dixi ad *l. 12. tabul. lib. 2. tit. 20. §. 2.* 21 *l. 2. supr. h. t. l. 31. in fin. ff. de re judic.*

22 *L. 4. C. Th. 17.* de centesimis, vide *l. 2. 3. h. t.* De usu hujus tituli vid. Grœnewegg. & Christin. *decis. 106. num. 4.* Sande *decis. Frisic. lib. 3. tit. 14. decis. 10. 11.* Neothal. *de vi. Senat. Holland. 38. Ant. Fab. ad Cod. lib. 7. tit. 18. defin. 7.* Anf. 23 *Hereditatum fisci.* Comitus *c. horedum.* Hvloand. 24 Moratur judicati debitor? poft quadrimestre tempus præstat usuras centesimas. *l. 2. in fin. h. t.* 25 Quod & *legitimum tempus, l. 1. §. 6. l. penultimum fpatium, l. ultim. 3. tit. prox. quadrimestres inducta, l. ult. §. 1.* Aliud olim tempus fuit. dixi ad *l. 12. tabularum lib. 2. tit. 20. §. 2.* adde Forner. 2. *felect. 15. ubi agit de tempore judicatis faciendis.* 26 Numerandos a lata sententia, vel fi appellatio fubducta fit, a sententia judicio appellationis confirmata. Vide Harmenopulum & ibi Scholiastem 1. *tit. 4. §. 88. 89. & 88. 86.* 27 Dies condemnationis 28 Dies confirmationis sententiæ. 29 *l. 1. §. h. t. l. 64. in fin. ff. de re judic. l. 24. ff. de appellat. l. 41. ff. de usuris.* 30 Aboletur hinc ten duplex centesima usura, quæ olim obtinuit, *ut hic. l. un. C. Theod. eod.* Hodie itaque duplices centesimas condemnati non præstant. Molinæus *de usuris num. 42. 44.* abolentur quoque semisses. *l. 26. §. 1. ver. ceterum. de usuris.* 31 *d. verf. ceterum.* 32 Ultra res judicatæ, fortis est tantum, non usurarum, quæ in condemnationem deducta sunt. Anatocismus etiam five fiat stipulatione, five judicato, prohibitus est. *l. unic. C. Theod. eod.* Usurarum usuræ non debentur, etiamsi in fortem redigantur, id est, etiamsi fiat anatocismus & ita abrogatur *dict. lex unic. C. Th. eod.* 33 *l. 28. §. de usuris.* 34 Centesima. 35 Observa sententiam, adde *l. 13. §. de usuris, l. 4. §. depositi, l. 49. in fin. ff. de act. empt.*

36 Judicati actio novat contractum. 37 Συναφέσεται, vide quæ notavi ad *l. 36. ff. de adilitio.* 38 Fidejussor olim tenebatur & exigi statim poterat, licet reo data erat, vel effet dilatio, quæ res pellimi exempli fuit. adde *l. 27. §. 1. ff. de pactis. l. 21. §. 5. ff. de recept. qui arbitr. Martil. tract. de fidejuffor. tit. 1. Quare fcato.* 39 Tempus quadrimestre quod datur reis principalibus, datur & eorum fidejussoribus, *ut hic. Synopf. Basil. 7. tit. 17. ex lib. 9. tit. 3. cap. 8. 9.* 40 Fidejussori prodest dilatio, quæ reo principali concessa est. 41 Adde *l. 31. ff. de re judicat.*

42 Singuli pro virili portione tenentur. *l. 1. h. t.* 43 Plures simpliciter condemnati, censentur in partes æquales damnati, nisi fit aliud expressum. Judicato non fiunt duo rei, nisi hoc nominatim expressum fuerit. *l. 39. in fin. ff. de jure fisci.* 44 *l. 2. l. h. t. l. 43. ff. de re judic. l. 10. §. 3. c. 85.* adde Theophilum 6. *Inst. de act.* 45 Sententia adversus plures tutores data, in viriles intelligitur divisa. 46 Vid. *l. 1. supr. h. t.*